



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XXV. De procuratoribus constituendis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

X X I V.

Iusurandum calumniæ in causis ecclesiasticis cuiuslibet, & de veritate dicendi, in spiritualibus quoque, ut veritas aperiatur facilius, & causæ cele-rius terminentur, statuimus de cetero præstari in regno Angliæ, secundum canonicas & legitimas sanções, obtenta in contrarium consuetudine non obstante. Huic statuto utilem annexentes, ut iudiciales induciæ iudicis dentur arbitrio, iuxta legitimas & canonicas sanções.

X X V.

Vsum procuratorum in obsequium iustitiæ introductum, ut eius qui causæ suæ non potest intendere, per alium absentia releuetur, conuertit frequenter antiqui hostis inuidia in abusum. Ex consuetudine namque, ut dicitur, hic habetur, ut citatus ad diem certum, procuratorem tantum constituat ad eumdem absque ^{*forte vi} ut per literas sigillo authentico non signatas: vnde fit quod dum talis procurator vel probare mandatum, vel fidem literis imponere non vult per testes, aut aliud impedimentum occurrit, nil agitur illa die: sed nec expirante procuratoris in sequenti, sicque perit illa instantia sine fructu. Huic igitur fallaci cautelæ clypeum opponere cupientes, statuimus de cetero, ut in causis ecclesiasticis regni Angliæ procurator constituatur simpliciter; & si constituatur, ad diem non vnum tantum, sed plures continuandos, si opus fuerit, constitui volumus, & intelligi constitutum. Mandatum etiam per scripturam probetur authenticam, nisi apud acta fuerit constitutus, aut

Concil. Tom. 28.

Zz

362 GREGORIVS CONCILIVM FRIDERICVS II. IMP.
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIE.

sigillum authenticum de facili nequiuenter consti-
tuens inuenire.

ANNO
CMLXII
TJ.

X X V I.

Tanto calliditatis studio persequuntur alterum
trum se litigantes, vt in supplantationem alterius,
calcato iustitiæ cultu, alter faciat quidquid possit.
Denique a multis accepimus, quod citatorias literas
impetrantes, eas ad locum, vbi morari dicitur
qui citatur, per tres destinant garciones, quas super
altare loci eiusdem ecclesiæ, vel ibidem in alio loco,
duo ponunt, & tertius rapit statim. Ex quo fit vt
duobus testificantibus postmodum, quod illum ci-
tauerint, iuxta morem sententiæ & regionis con-
suetudinem excommunicatur, vel suspenditur
contumax, qui contumaciæ prorsus, vtpote cita-
tionis, expers erat. Hunc itaque abusum tam de-
testabilem, & alias similes, zelo iustitiæ prosequen-
tes, statuimus vt per impetrantes, vel eorum nuntios,
in causis ecclesiasticis regni Angliæ, literæ ci-
tatoriæ de cetero non mittantur, sed iudex mode-
ratis sumptibus impetrantis, per suum fidelem nun-
tium eas mittat, qui vocandum diligenter perqui-
rat: quem si reperire non poterit, die dominico,
vel in alio die solenni, in ecclesia loci illius in quo
degere consuevit, dum Missa cantatur, publice le-
gi literas faciat & exponi, vel faltem ad decanum,
in cuius decanatu moratur qui vocandus est, cita-
tio dirigatur, qui a iudice missus fideliter hæc pro-
sequatur per se aut per certos suos nuntios & fide-
les, quodque inde fecerint eidem rescribere iudi-
ci non omittat.